



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLV. Romana hæreditatis de Rubeis. De eadem materia  
fideicommissi ordinato in casu non implementi vel contraventionis, An  
dicatur pœnale vel conditionæl; Et an adversus adimplementum in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

an ille diei possit adeo temerarius, ac male gestus,  
quod redoleret positivam eulpam, ac malitiosam,  
& dolosam contraventionem voluntatis testato-  
ris, unde resultaret delictum; ex quo sequeretur  
pena;<sup>22</sup> Siquidem in ipsiusmet rigorosis terminis ex-  
travag. Ambitiose de rebus Eccles. non alienan. Aliud  
est quod actus initus a Prelato sine beneplacito  
Apostoli co, ac forma ibi praescripta sit invalidus,  
Aliud vero, ut incurvantur censurae alioque poena  
per eadem extravag. statutæ, Ad primum enim ef-  
fectum etiam actus sincerè & bona fide seu ex  
probabilis errore initus est nullus, non inde tamen  
infurit ad secundum effectum panarum, pro quo  
certificari debet culposa temeritas in eadem extra-  
vaganti præsupposita, juxta receptam distinctionem,  
de qua in sua materia sub. tit. de alienationi-  
bus.

Atque magis proximè, quotidianas habemus  
questiones in materia transactionis initæ per hære-  
dem gravatam, an officia substitutum ex persona  
propria independenter venientem, ut plures infra  
disc. 172. & sequen. super hoc articulo, de quo eriam  
sub. tit. de seuis discursu 49. & alibi frequenter, di-  
stinctuando, an bona vel mala fide actus initus esset,  
ad effectum scilicet obligandi necnè successorem  
independentem venientem jure proprio, nunquam  
vero, ut actus dici valeat adeò infectus, ac prohibi-  
bitus, quod poenam caducitatis propter prohibi-  
tam alienationem caufare valeat, cum id nullum  
penitus juris fundamentum habeat.

Si enim in hac materia transactionis habemus,  
quod eriam testator illam expresa ac nominativam  
prohibuerit, adhuc tale præceptum utpote con-  
tra bonos mores ac litium nutritivum non remanet  
obligatorium, licetque sperni potest, *Cacciapup de*  
*transact. quæst. 22. Socin jun. conf. 32. num 13 lib 3.*  
*Rot. decij. 104. num. 18. decif. 190 num. 27. & decif.*  
*231. num. fin. par. 7. rec. & in alia, multò igitur magis,*  
*ubi nulla adest expressa, & particularis prohibi-  
tio, sed pretenditur auctum venire sub prohibiti-  
one alienacionis in genere.*

Nedum autem hujusmodi transactiones, illa  
præterim inita cum Duce Gravina, alioque con-  
junctis, quibus aliqua bona per testatricem possefa  
dimissa fuerunt, dici poterat collusiva, & mala  
fideinta ad istum criminis, ac poenale effec-  
tum, sed rectè ac tutè dicenda veniebat inita pru-  
denter, ac optima fide, adeo ut apta esset obligare  
etiam successores, qui jure fideicommissi restitu-  
torii vocati essent, dum stante clara dispositione  
consecutudinum Civitatis Neapolis præfatus Dux,  
alioque conjuncti prætendere poterant necessariam  
successione in notabili parte bonorum hæreditario-  
rum, quorum valore attento, satis modicum da-  
tum vel dimissum fuit quod ex facti circumstantiis,  
& personarum qualitate, ac more regionis prudens  
confilium fuisse d'mittere eriam pro evitanda lite,  
ejusque gravibus expensis & molestiis, ac pro re-  
movendis sequentis, unde revera ex facti qualitate  
bona fides erat indubitata; Poniſſime quia collu-  
ſio, vel simulatio præsumenda non est juxta fatus  
vulgare, ac receptum principium, ubi deficit causa  
similandi vel colludendi, quæ nulla penitus execu-  
gari potera, dum inter istos PP. ac eos, cum quibus  
transactum est, nulla concurrebat conjunctio  
sanguinis, vel alia ratio effectiōnis, seu proprii inter-  
esse, ob quam resultaret probabilitas suspicio,  
quod isti PP. seipſos suamque Congregationem bo-  
nis dimisſis, vel datis privare voluerint, ut extraneis  
ignotis darent.

Dicebant scribentes in contrarium, ac in parte in-  
nuit ultima decisio, quod culposè PP. se gessissent  
transigendo super lite mota coram judice laico  
eorum incompetenti, quodque Neapolitana consuetudo non procederet in dispositionibus fa-  
ctis ad pias causas, vel cum personis Ecclesiasticis, atque in hoc nimium insistebant, quod sci-  
licet isti PP. tanquam Ecclesiastici debuissent de-  
clinare forum laicale illius Sacri Consilii; Verum  
in hoc dictos scribentes excusabiles esse dicebam  
utpote non versatos in loco, illaque praxi, circa  
quam deducebam eadem, quæ habentur deductæ  
circa fori competentiam in dicta Neapolitana sub. tit.  
de Iurisdictione disc. 94. Et circa cessationem consue-  
tudinis quando dilponatur cum Ecclesiasticis, vel  
cum causa pia, deducebam ea quæ circa hanc ma-  
teriam habentur deductæ in altera Neapolitana sub  
tit. de dore disc. 103. Ideoque reflectendo ad solam  
veritatem, nimis clara videbatur hujus partis justi-  
tia, quodque dicta ultima resolutio nullo pacto el-  
let substantialis, probabiliores autem essent pri-  
ma, & consequenter quod sperari omnino debeat  
recessus.

## ROMANA HÆREDITATIS DE RVBEIS

P R O

PRESBYTERIS CONGREGATIONIS

S. PANTHALEONIS  
AD MONTES

C V M

CONGREGATIONE B. PETRI  
DE PISIS.*Casus variè decisus per Rotam,  
postea concordatus.*

De eadem materia fideicommissi or-  
dinati in casu non implementi vel  
contraventionis, An dicatur poe-  
nale vel conditionale; Et an ad-  
versus adimplementum in tempore  
competat necnè restitutio in inte-  
gium.

S U M M A R I U M.

1 F<sup>A</sup>llis series.

2 Resolutiones cause.

3 Quod ad effectum incurriendi caducitatem, & pro fi-  
deicommisso penali requiratur dolus & mali-  
tia.4 De Constitutionibus Apostolicis super electione novo-  
rum Conventuum, remisit.5 De duplicitate personæ in Papa uti Papa, & Episcopo  
Vrbis.6 Declaratur conclusio, de qua num. 3 ubi per viam poene,  
fecit

- secus ubi per viam conditionis & qualitatis.
- 7 Quando dispositio dicatur concepta per viam conditionis.
  - 8 Valide disponitur ad favorem Monasterii erigendi.
  - 9 Restitutio in integrum non datur sine lafione.
  - 10 Non datur restitutio adversus lucrum in prejudicium tertii.
  - 11 Contrarium, & quando clarius dicta restitutio competat.
  - 12 Quando lapsus termini non debeat obstat super adimplimento si sequi potest.
  - 13 Non sunt facienda illa diligentie, quas certum est non esse prefecturas neque concedenda est restitutio ad facendum id quod constat fieri non posse.

## D I S C . CLV.

**I**OANNES Victorius de Rubeis hæredem instituit Congregationem B. Petri de Pisis, ad effectum cum ejus hæreditate erigendi Conventum in Monte Mario pro illis Religiosis, qui juxta p. in ærum institutum vitam hæreticam ducere vellent, ea sub lege & conditione, quod infra sex menses à die mortis obtineri deberet derogatio Constitutionibus Apostolicis prohibentibus erectiones Conventuum seu Monasteriorum, in quibus substantari non possint 12. Religiosi, sin minus vocavit quosdam presbyteros Congregationis sæcularis 8. Panthaleonis ad Montes, cum legibus ad rem non facientibus; Cumque sequuta morte restatoris per dictam Congregationem, seu PP. ejusdem residentis in Convento S. Honuphrii, obtemperata licentia à V. Gerente afferente eam concedere de oraculo vivæ vocis Pontificis, qui tunc erat Innocentius X. initia fuisse & costructio dicti Conventus, absque tamen imperatione dictæ derogationis; Hinc elapo dicto termino, dicti presbyteri, prætendentes factum esse casum substitutionis, iudicium instruerunt, ac sententiam favorablem reportarunt, à qua introducta per appellationem causa in Rota coram Rojas, datoque dubio, An eiusdem Presbyteris danda esset immisio, sub die 18. Martii 1650. negativa prodit resolutio, ex regulis & conclusionibus quas habemus in materia fideicommissi penalis, ut requirantur dolus, ac malitia, quodque quælibet causa excusat juxta deducta dictæ præced. & infra dictæ 157. ut patet ex decisione desuper edita inter illas impressas Rojas decisi, 416. ubi quod justa excusationis causa resultare diceretur à dicta licentia V. Gerentis, qua utpotè concessa habito vivæ vocis oraculo Papæ dictæ derogationi æquipolleret; Sive quod eadem derogatio necessaria non esset, eo quia Apostolicæ Constitutiones dictas erectiones prohibentes non compræhenderent Urbem, ad cuius decisionis normam expedita sententia, commissaque denuo per appellationem causa in eadem Rota coram Albergato, ex hac parte habitus fuit recursus ad eundem Innocentium X. in plena Signatura Gratia pro declaratione, An dicta derogatio esset necessaria necne, proposito rescripto, ut serventur Constitutiones Apostolicæ; Proposita postmodum causa in Rota sub die 10. Decembris 1655. prodit resolutio huius parti favorabilis pro sententiæ Rotalis confirmatione, atque ad normam decisionis expedita sententia, commissaque causa in eadem Rota coram Melio super executione duarum conformium ad formam Statuti, post plures propositiones cum acerbris disputationibus, magna que vororum scissura, sub die 28. Aprilis 1659. pro executione duarum conformium responsum fuit,

ut patet ex decisione desuper edita impressa apud rationes Bondeni decisi 62. quæ produxit concordem controversia finem danti.

In hujusmodi autem disputationibus, praeficti vero in hac ultima instantia coram Melio, regis actum fuit de concernentibus dictis Apostolicis Constitutiones super erectione Conventuum, non compræhenderent Urbem necne, & in dicta sententia concessa per V. Gerentem habito oraculo viris suis à Papa derogationi æquipolleret, & de quæ habetur actum in sua materia sub tit. de Regula in hac eadem causa, cuius ultima decisio veritabilis est circa distinctionem Papæ illum considerando tanquam Episcopum seu Ordinationis seu contradictionis cetera persona Summi Pontificis, de qua distinctione habetur etiam in Vrbanæ, in Metropolitæ sub tit. de preeminentia politi polum de jurisdictione dictæ.

Quatenus vero pertinet ad hanc materiam deicommisariam, de qua actum fuit in dictis mis disputationibus coram Rojas & Albergato, bens Ego pro substitutis actioribus, praedicta secunda instantia coram Albergato, impugnat præcedentem resolutionem coram Rojas, cumne etiam veritatis, dicebam illam subsistere non posse ut etiam ipsam Rota agnoscit, ab ea rebus non quidem ex fallacia dictarum conclusoris, quæ ibi deducuntur, sed ex incongruentiis ad factum; Posito enim, quod ageretur fideicommissio penalis, & per se sententia dictæ, & tunc rectè dictæ propositiones procedunt felicitate requiratur culpa posse velculam & malitiam ad effectum inducendi datum sine quo non intrat pena, quodque causa causa excusat; Secùs autem ubi adimplendum injunctum est per viam conditions à parte impediens acquisitionem, tunc enim dicta sententia quoniam non agitur de amittendo ius quidem sed de impediendo, ne queratur, seu unde acquirendo qualitatem, quæ necessaria acquisitionem ad instar illius verbis nupicias, in juxta parabolam Evangelii, requiriuntur propter ad nuprias, cum tunc, an quis illa carcerem & malitiam, vel casu, id nil referat, ex dicta sententia præced. & in hujus causa decisione coram Albergato cum sit principium absolutum, cadente ratione super applicatione, an de una vel altera dictio dispositionis agatur.

Quodque ageretur magis de disputatione additionali quam penali, dicebam esse invenitibile, non solum ex natura & qualitate dictarum & clausularum juxta deducta apud Bonden decisi 822. cum qua in hoc proposito latius generaliter dictio coram Albergato, sed magis sententia substantia veritatis, sive subjecti materia sententiae conditionem à parte ante, quoniam testator in effectu instituere volerit Conventum de novo erigendum, & querendis quæcumque validè sequeretur & non alijs, ita ut intendeat Congregationis vel Conventus S. Honuphrii, tuis quandam speciem executoria sive admittentia dictæ executionis pro dictæ erectione faciendo, impugnabit hinc proinde implementum dictæ derogationis dubio stare videbatur à parte ante, & per se sententiae conditionis suspensiva, sine qua non, dicta sententia efformati non potuit, hac nova habens actualis persona, quam ipse hæres infinita & illa. Cum in jure receptum sit dispositions ratione vivos quam per ultimam voluntatem reflecti possè pro, Monasterio vel Conventu ergo

do, eodem modo quo institui potest aliquis nasci-  
turus, quamvis de tempore testamenti vel mortis  
testatoris adhuc non conceptus, juxta easum de quo  
infia in Rom. primog. de Amadoris disc. 183. & in spe-  
cie validae dispositionis ad favorem Conventus vel

Monasterii erigendi exercitii relatis Berous conf. 21.

nu. 8 & 9. lib. 2. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 6. nu. 12.

Gonzal. ad reg. 8. §. 7. glos. 5. nu. 100. & seqq. Gratian.

discept. 378. nu. 1. & seqq.

Non negabantur haec in disputationibus habitis

coram Albergato & Aetlio per scribentes in contra-

rium clare agnoscentes dictam decisionem coram

Rio in hac parte non esse substantibilem; Insistebant vero in restitutione in integrum adversus

dictam derogationem in tempore non obtentam,

adversus quam ego scribens more Advocati, &

contra insistebam super ejus denegatione, & incom-

petentia. Tum ex eo quod illa non datur fine

laesione l. num. postea 4. & 5. minor. ff. de jur. l. minor.

C. de restit. in integr. cum concord. per Cavalier.

dei. 149. num. 1. Cels. decif. 128. num. fin. & passim,

nulaque iustio aderat, dum nihil amitterebatur de

quasi & proprio, sed solum arcebatur ab asser-

tione lucri ac a jure querendo. Tum etiam

qua licet in casu lucri assequendi juxta unam op-

inionem restitutio deneganda non sit, attamen id

procedit re integra, & priusquam alteri partii jus

queratur, arque incuria caducitas declaretur, tunc

enim illa concedenda non est, quoniam esset tolle-

re jus quantum alteri, atque date restitutionem

adversus lucrum odiosum, Tertium quod non est

concedendum Paris. conf. 19. num. 83. & 248. lib.

2. Odd. de restit. in integr. q. 89. num. 12. & 4. Fontanell.

depact. c. aus. 4. glos. 29. num. 16. Theodor. alleg. 58.

num. 18. cum aliis relatis per. Capyc. latr. consult.

127. & faciunt deducta per Cyriac. cont. 240. per

tot.

Reflexando tamen ad veritatem, mihi videbatur

dictas oppositiones parum probabiles esse, quod-

que ubi non urget motivum jam detecta impos-

sibilitatis, de quo infra, probabilius illius con-

cessioni locus esse deberet. Tum quia juxta unam

opinionem omissione magni & notabilis lucri dici

videtur species poena, ideoque datur restitutio,

etiam inodium tertii ex plenè deductis per Morot.

conf. 97. Menoch. conf. 425. Capyc. latr. de. consult.

127. Rot. decif. 493. par. 4. rec. tom. 2. ex num. 82. Tum

etiam quia quidquid sit de dicta questione in casu

suo cum hac ita incidenter deducerentur, Atta-

men ille rigor permitterendus veniret contra per-

sonam privatam, cui recte dici potest, quod sibi im-

puit, cur statuto tempore non adimplevit, ac

passus est substitutioni locum fieri, secus autem cum

ageretur de Monasterio erigendo, cui propria

culpa vel negligencia adscribi non poterat. Ac etiam

quia ab eadem negligentia recte excusabiles

videbantur dd. PP. executores seu administrato-

res, dum iuste ut supra credere potuerunt aliam

derogationem necessariam non esset.

Arque pro meo iudicio clarius, spectata substi-

tia voluntatis testatoris magis quam formalitatibus

seu rigoribus Juristarum, cum intelligi debeat di-

scere, ac juxta facti qualitatem congrua congruis

referendo, testator enim in substantia principaliter

exoptavit dicti Conventus erectionem, ordinando

dictam substitutionem omnino & subsidiarie,

& quando dicta erectione sequi non posset, unde

propriea quoties id sequi potest, absque dubio te-

stator noluit dictum alium substantiarum substitu-

sum. Et quamvis statuerit dictum terminum, atta-

men vis in eo non erat, quia nil intereat intra illum

vel longè postea id sequi, sed bene praefinitus fuit

gratia sollicitandi, & ne absque aliqua termini præfi-

nitione res haberet progressum in infinitum.

Illi autem motivum, ex quo juste ac probabi-

les dictæ resolutiones vise fuerunt, constitebat in

jam certificata impossibilitate obtinendi dictam

derogationem per declarationem ut supra à Pon-

tifice factam, ac etiam quia aliquid constabat

illum non esse concessurum, ideoque intrabat re-

gula, quod non admittuntur illæ diligentia, quas

certum est non esse profutura, neque concedi-

tur restitutio ad faciendum id, quod jam certifi-

catum est esse impossibile, ad text. in l. quod si minor

§. Scavola ff. de minor. quem in proprio ponde-

ranti Cravett. conf. 151. num. 29. Menoch. conf. 714.

num. 64. Gratian. discept. 767. num. 45. Cyriac. con-

trov. 239. num. 21. In idem suffragante propositione

quam adeò frequenter & quotidiana habemus super denegatione remissoria ex capite irre-

levantia, quoniam concedenda non sunt illa quæ

postquam fuerunt concessa non sunt profutura,

cum aliquid id non contineret, nisi inanem circui-

tum in jure damnum.

## PLACENTINA HÆREDITATIS

PRO

DOMO PIA ORPHANARUM.

*Responsum pro veritate.*

De eadem materia fideicommissi vel substitutionis ordinatae in calu ali-  
cujus non implementi infra certum terminum demandati, & in specie super erectione Monasterii juxta calum præcedentem; Et an constare debeat de præcedentibus diligentiis, quod opus prius demandatum adimpleri non potuerit.

S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> F<sup>2</sup> Alli series.  
De fideicommisso aperto ob implementum non sequutum in termino etiam sine culpa. & de distinctione inter dispositionem conditionalem, & mo-

dalem.

<sup>3</sup> De differentia quando cessatio conditionis causet novum fideicommissum. & quando causet fideicommissi cessationem ad favorem hæredis gravata.

<sup>4</sup> Hæres gravata dicitur dominus. unde cessante gra-  
vanitate nihil acquirit de novo, sed solum tollitur ob-  
staculum.

<sup>5</sup> Nemo potest ex eius negligentia vel defecitu reportare lucrum & commodum.

<sup>6</sup> De presumptione resultante a lapsu temporis iunctio cum observantia.

7 Fallit